



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1862**

CDXXII. König Siegmund von Polen verbietet seinen Unterthanen allen Handel mit Schlesien und mit der Mark, am 18. Januar 1524.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55756](#)

Burggraff zu Nurmberg vnd Fürst zu Rügen, Bekennen vnd thun kunth offintlich mit diesem briue vor vns, vnser erben vnd nachkommen Margraffen zu Brandenburg vnd sunst allermeniglich. Als vnser liebe getrewen Bürgermeister vnd Rathmanne vnser Stat Franckfurt an der Oder vns zu gutt auff vnser ansuchen vnd in vnsern anliggenden geschefften tausent gulden an münzte bey dem wolwirdigem vnserm gefattern, Rath vnd lieben getreuen Ern Georgen von flabern-dorff, meister sanct Johanns Ordens, entlehet vnd vffgebracht vnd dauen von Irem Rathawse alle Jar vff Martini vnd nue vff Martini vber eyn Jar negftkoment anzuheben vnd so furder funfftzig gulden an münze zu reichen vnd zu geben auff einen widderkawff sich vorschrieben vnnd vorpflicht haben, Innhalt des briues daruber aufzgangen, Das wir solchen iren guten willen zu danck vnd gnaden angenohmen, die bestympten tausend gulden empfangen vnd in vnsern vnnd vnser herschafft nutz vnd fromen gewant haben vnd domit sie vnd ire nachkommen derselbigen vorschreibunge ergetzt vnd schadloß gehalten, Haben wir sie an vnser Byrgelt, so vns Bürgermeister vnd Rathman vnser Stadt Franckfurt jerlich vnd zw yder Zzeit zu geben schuldig, vorwyßen vnd wir vorwysen sie an solich Byrgelt in crafft vnd macht dits briues, Also das sie vnd ire nachkommen, Dieweile dieser widderkauff stehet vnd von vns nicht abgelöft wirt, die vorberürten fünfftzig gulden Jerlich zcynses aus dem Byrgelt zu iglicher Zzeit geben vnd bezcalen sollen vnd mogen, von vns, vnsern erben vnd nachkommen vngehindert vnd wollen sie alzeit solcher hauptsumma vnd zcynses halben schadloß halten getreulich vnd vngeuerlich. Zu urkunt mit vnserm anhangendem Ingescigell besigelt vnd Geben zu Coln an der Sprew, am tag omnium sanctorum, nach Cristi vnsers lieben hern geputr jm fünffzehnundersten vnd drey vnd zwanzigsten Jhare.

Commissio propria domini electoris.

Nach dem Orig. des Stadtarchivs VIII, 3, 11.

**CDXXII. König Siegmund von Polen verbietet seinen Unterthanen allen Handel mit Schlesien und mit der Mark, am 18. Januar 1524.**

Sigismundis, Dei gratia Rex Polonie, Magnus Dux Lithuanie, Russie, Prussiaque etc. Dominus et Heres. Vniversis et singulis Principibus tam spiritualibus, quam secularibus, Reverendissimis ac Reverendis in Christo Patribus et Dominis, Archi-Episcopis, Episcopis, nec non Magnificis, Generofis, Nobilibus, Famatis et Providis, Palatinis, Castellanis, Capitaneis, Tenutariis, Terrigenis, Nobilibus, Officialibus et eorum Vices gerentibus, Civitatumque et Oppidorum, tam nostrorum, quam quorumcunque Subditorum Magistris Civium, nec non Consulibus, Civibus, Oppidanis et eorum Communitatibus, et generaliter omnibus Subditis nostris, spiritualibus et secularibus cujuscunque Status, Sexus, Conditionis et Preminentie in Regno nostro existentibus, sincere et fidelibus nobis dilectis. Salutem et gratiam, nostram Regiam! Sincere et fideles nobis dilecti, Manifestum vobis et cuilibet vestrum facimus per presentes, quia nos partim ipsi considerantes, partim per Subditos nostros edocti, que intrinsecus Regnum et Subditos nostros atterunt et exaniunt, et Vicinis quibusdam in predam et Vilipendum redigunt, ac ea fistere et frenare volentes, quibusstantibus etiam absque ullo ex-

terno Hoste facile Regnum deficere ac in preceps venire possit. Simul ac nobiscum reputantes varias et multiplices Injurias et Gravamina, que ex Slesia et Marchia Regno et Subditis nostris inferuntur, presertim Monetam Schwidnicenium, que longo Tempore in magna Copia in Regnum nostrum inferebatur, ac etiam infertur, cum maximo Detimento Subditorum nostrorum et Reipublice ipsius Regni nostri, et ad quam prohibendam cum per hoc omne Tempus nihil Opere et Studii pretermiserimus, nec quidquam tamen proficere potuerimus, ac proinde nullum aliud Remedium ad eam ipsam Monetam fistendam restare videntes, quam omne Commercium cum tota Vicinia prohibendum, de Confilio univerfi Senatus et Instantia Regnicolarum nostrorum omnia Itinera in Slesiam et Marchiam inhibenda duximus, et presentibus Litteris a Festo Resurrectionis Domini proximo ad Decennium inhibemus, ac ut eadem Inhibitio nostra suum debitum fortioratur Effectum vobis omnibus et singulis supra dictis cujuscunque Ordinis et Conditionis existentibus, stricissime mandamus, ut ab ipso Festo Resurrectionis Domini proxime futuro, Nemo audeat ad decem Annorum Decursum in Slesia et Marchia Res, vel Merces aliquas, tam grandes, quam exiguae, cujuscunque Qualitatis fuerint, preterquam Sal nostrum Regium vehere, vel inferre, sed nec ad alios quoque quascunque remotores Partes, easdem Res et Merces de Regno nostro per ipsam Slesiam et Marchiam ducere, et Boves etiam ad aliqua alia Loca, extra ipsum Regnum nostrum preterquam ad ea, que per alias Litteras nostras universales designabuntur et notificabuntur omnibus, pellere quovis Modo, Pretextu, vel Colore presumat, nendum sub Ammissione ipsorum Bovum Merciumque et Rerum, quas contra presentem Inhibitionem nostram de Regno nostro eduxerit, verum etiam Bonorum suorum omnium Confiscatione. Liberum autem esse debet Mercatoribus, aliisque hominibus ex Slesia et Marchia et ex aliis extraneis quibuscunque Partibus ad Civitates et Oppida Regni nostri, ad ea videlicet, ad que ab antiquo ire confuerant, cum Rebus et Mercibus suis quibuscunque venire et ibidem emere aut vendere, Resque et Negotiationes suas, ac alias Actiones licitas cum nostris Subditis exercere et contra e Regno libere cum Bobus, Rebus et Mercibus, solutis, Daciis et Teloneis debitis exire. Subditis vero nostris licebit ad alias Provincias et Regna, preterquam ad Slesiam et Marchiam, Res et Merces quascunque de Regno transmittere et ducere dummodo eas per ipsam Slesiam et Marchiam non transmittant, nec duci aut vehi faciant. Proinde vobis, Locorum Capitaneis, ac Proconsulibus Civitatum et Oppidorum severe precipimus, ut hanc nostram Constitutionem ac Edictum ubique in omnibus Locis publicis, ad que Homines frequenter convenire solent, denuntiari et proclamari faciatis, ne aliquis Ignorantiam pretendens aliquid contra eam Constitutionem nostram committat. Vos vero Capitanei, in custodiendis et per vestigandis Locis omnibus ac Itineribus, ne quis eandem Inhibitionem nostram transgrediatur, Curram et Diligentiam omnem adhibeatis, et quemcunque offenderitis, vel deprehenderitis, in minima quaque Re, contra hanc ipsam Inhibitionem nostram excessisse, illius Res et ipsummet capiat, et usque ad Instructionem et Documentum nostrum detineatis. Sub Penis contra capitaneos et Officiales negligentes statutis et pro Gratia non aliter facturi. Datum Cracovie, Die Sancte Priscae Virginis, Anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo quarto, Regni nostri anno decimo septimo.

Ad Mandatum Regie Majestatis proprium.

Linnigs Reichsbarthiv XIV, 338.